



HISPANIAE REGIONIS NOVA DESCRIPTIO



HISPANIAM diuidunt à Gallia montes Pyrenaei. Et hinc duo erupunt ramenta per regionem ipsam, quorū alterum etiam usq; ad Portugallia protenditur, eam à Gallicia separās, fortitusq; uaria uulgaria nomina ex gentibus iuxta habitatibus. Fluiorū nomina sicut & ciuitatū ferē omnia hodie sunt mutata. Baetimē nūc uocāt Guadalquebir, Anā Guadianā, Tagum Taio, Celticū promontoriū, Finem terra, Iberū Ebrū, Valeriā Concham, Calaguriā Calahoram, de quib. infra in Hispania copiosius dice.



HISPANI

AM HIC TIBI LECTOR

exhibemus, iuxta modernam descriptionem unà cum insignioribus eius ciuitatibus, montibus & fluuijs. Non potuit tam uasta & lata regio secundum omnia priuata eius loca in tam exigua cogi chartam. Satis fuit hic obiter indicasse situm eius & tam multa quae habet regna, metropolesq; eorū. Fuit mihi quidem in animo, celebrare eam regionem secundum dignitatem eius, atq; aliquot ciuitatum picturas huic nostro inferere operi, sed quia defuit necessarium subsidium, non potui praestare quod cupiebam.

4

[Faint, illegible text in a rectangular box at the bottom left of the page, likely bleed-through from the reverse side.]